

pedibus laborares. Tuli scilicet moleste, ut debui, sed tamen constitui ad te venire, ut et viderem te et viserem et coenarem etiam; non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Exspecta igitur hospitem cum minime edacem, tum inimicum coenis sumptuosus.

LXII (XIII, 20).

Ser. Romae a. 708-46.

*Cicero Servio Sal.*

Asclapone Patrensi, medico, utor familiariter eiusque cum consuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valetudine meorum; in qua mihi cum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satisfacit. Hunc igitur tibi commendo et a te peto, ut des operam, ut intellegat diligenter me scripsisse de sese meamque commendationem usui magno sibi fuisse: erit id mihi vehementer gratum.

LXIII (XIII, 24).

Ser. Romae a. 708-46.

*Cicero Servio Sal.*

1 Cum antea capiebam ex officio meo voluptatem, quod memineram, quam tibi diligenter Lysonem, hospitem et familiarem meum, commendassem, tum vero, posteaquam ex litteris eius cognovi tibi eum falso suspectum fuisse, vehemen-

— *ex pedibus laborares*, « hai la gotta ». — *arthriticum*. Si chiama *arthriticus* chi soffre di « chiragra » o « artrite » (alle mani). Lo scherzo sente di epicureismo.

**Lettera LXII** (XIII, 20). — *Servio*, Ser. Sulpicio Rufo. — *Asclapone*, aveva curato Tirone a Patrasso. Cfr. Lett. XVII. — *meorum*, si riferisce a Tirone (plurale per il singolare). — *diligenter*, « con impegno ». — *usui*, traduci con un aggettivo concordato con *commendationem*. — *vehementer gratum*, « un gran piacere ».

**Lettera LXIII** (XIII, 24).

1. *Lysonem*, era di Patrasso, e fu seguace di Pompeo. Mentre egli stava in Roma, Cic. lo raccomandò a Servio Sulpicio Rufo (proconsole dell'Acaia)

tissime laetatus sum me tam diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem maximo adiumento fuisse, quod ad te delatum diceret sese contra dignitatem tuam Romae de te loqui solitum esse. De 2 quo etsi pro tua facilitate et humanitate purgatum se tibi scribit esse, tamen primum, ut debeo, tibi maximas gratias ago, cum tantum litterae meae potuerunt, ut iis lectis omnem offensionem suspicionis, quam habueras de Lysonem, deponeres, deinde credas mihi affirmanti velim me hoc non pro Lysonem magis quam pro omnibus scribere, hominem esse neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit; Lyso vero, cum mecum prope cotidie esset unaque viveret, non solum, quia libenter me audire arbitrabatur, sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua et facta et dicta laudabat. Quapropter, etsi a te ita tractatur, ut iam non de- 3 sideret commendationem meam unisque se litteris meis omnia consecutum putet, tamen a te peto in maiorem modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate complectare. Scriberem ad te, qualis vir esset, ut superioribus litteris feceram, nisi eum iam per se ipsum tibi satis notum esse arbitrarem.

LXIV (XIII, 25).

Ser. Romae a. 708-46.

*Cicero Servio Sal.*

Hagesaretus Larisaeus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor et gratus fuit meque postea diligen-

perchè tutelasse gli interessi di lui. — *delatum diceret*, propriamente non dovrebbe essere usato nel congiuntivo il verbo *dicere*, che indica una azione, non un pensiero, di Lisone; ma la frase *delatum diceret* = *delatum esset* (ut is dicebat).

2. *pro tua*, « attesa la tua ». — *purgatum se esse*, « esser riuscito a scolararsi ». — *cum... potuerunt* = *quod pot.* — *offensionem suspicionis* = *suspicionem*. — *mihi affirmanti* (participio congiunto), « alla mia affermazione ».

3. *non desideret*, « non ha bisogno ». — *iam* « più ». — *in maiorem modum*, spesso anche *maiorem in modum*, « caldamente ».

**Lettera LXIV** (XIII, 25). — *Hagesaretus Larisaeus*, altrimenti ignoto. *Larisaeus*, cioè di Larissa, città della Tessaglia. — *diligentissime coluit*,



tissime coluit: eum tibi magno opere commendo, ut et hospitem meum et familiarem et gratum hominem et virum bonum et principem civitatis suae et tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

## LXV (XV, 21).

Ser. Romae aut ex. a. 708-46 aut in. a. 709-45.

## M. Cicero S. D. C. Trebonio.

- 1 Et epistolam tuam legi lubenter et librum lubentissime; sed tamen in ea voluptate hunc accepi dolorem, quod, cum incendisses cupiditatem meam consuetudinis augendae nostrae (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere), tum discedis a nobis meque tanto desiderio adfcis, ut unam mihi consolationem relinquas, fore ut utriusque nostrum absentis desiderium crebris et longis epistolis leniatur: quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi; nullam enim apud me reliquisti dubitationem, quantum me  
2 amares. Nam, ut illa omittam, quae civitate teste fecisti, cum mecum inimicitias communicavisti, cum me contionibus tuis defendisti, cum quaestor in mea atque in publica causa consulum partes suscepisti, cum tribuno plebis quaestor non

« mi fu molto affezionato ». — *pergratum*, « un gran piacere ». — *dederis operam*, « farai in modo ».

**Lettera LXV** (XV, 21). — *C. Trebonio*, diverso da quello nominato nella Lett. VII. Fu console nel 45 a. C., e prese parte nel 44 alla uccisione di Cesare. Era stato legato di questo nel 54 in Gallia, nel 49 a Marsilia. Fu ucciso a Smirne da Dolabella nel 43.

1. *librum*, Trebonio aveva raccolto in un libro i detti di Cicerone. — *nam*, puoi ometterlo nella traduzione. — *spondere*, « garentire ». — *dubitationem*, « motivo di dubitare ». — *quantum etc.*, « della grandezza del tuo affetto per me ».

2. *fecisti*, quando Clodio mosse la guerra spietata contro Cic. — *communicavisti*, « dividesti ». — *quaestor*, nell'anno 61 a. C. — *causa*, quando Clodio volle passare dai patrizi alla plebe, per potere aspirare al tribunato. In quella circostanza i consoli Q. Metello Celere e L. Afranio si opposero (nel 60 a. C.), e per quella volta l'atto non fu valido. Il passaggio di Clodio alla plebe fu compiuto l'anno seguente, sotto il consolato di C. Giulio Cesare e di M. Calpurnio Bibulo. — *tribuno plebis*, cioè a C. Erennio (che condusse

paruisti, cui tuus praesertim collega pareret, ut haec recentia, quae meminero semper, obliviscar, quae tua sollicitudo de me in armis, quae laetitia in reditu, quae cura, qui dolor, cum ad te curae et dolores mei perferrentur, Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses, — ut haec igitur omittam, quae mihi tanti aestimanda sunt, quanti vitam aestimo et salutem meam, liber iste, quem mihi misisti, quantam habet declarationem amoris tui! Primum, quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi, quod alii fortasse non item; deinde, quod illa, sive faceta sunt sive sic, fiunt narrante te venustissima; quin etiam, antequam ad me veniatur, risus omnis paene consumitur. Quod si in iis scribendis nihil aliud nisi, quod necesse fuit, 3 de uno me tamdiu cogitavisses, ferreus essem, si te non amarem; cum vero ea, quae scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris, non possum existimare plus quemquam a se ipso quam me a te amari: cui quidem ego amori utinam ceteris rebus possem! amore certe respondebo, quo tamen ipso tibi confido futurum satis. Nunc ad epistolam 4 venio, cui copiose et suaviter scriptae nihil est quod multa respondeam: primum enim ego illas Calvo litteras misi non plus quam has, quas nunc legis, existimans exituras; aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus, aliter, quod

Clodio innanzi al popolo per la rinuncia al patriziato). — *collega*, Q. Metello Cretico. — *in armis*, pare che alluda alle lotte combattute a mano armata dai Clodiani in città, poichè le parole seguenti *in reditu* si riferiscono certamente al ritorno di Cicerone dall'esilio. — *Brundisium*, nel 49, prima di Farsalo, quando Cic. stava per partire per il campo di Pompeo (v. Notizia). Infatti in quell'anno appunto Trebonio andò come legato di Cesare nella Spagna, dove ebbe una battaglia con Afranio, luogotenente di Pompeo, presso i Pirenei (*ad Att.*, VIII, 3, 7). — *liber*, v. prima nota. — *quantam etc.*, « che prova manifesta non è esso del tuo amore per me! ». — *facetum*, Cic. era molto orgoglioso delle sue facezie. — *alii*, intendi: *iudicant* o sim. — *sic*, « così così ». — *narrante te*, « per il tuo modo di esporre ». — *antequam etc.* Trebonio, prima di riferire la « facezia », esponeva il fatto che ne era stata l'occasione; e così faceva ridere prima ancora di « venire alla facezia stessa ».

3. *ceteris rebus*, « col resto », cioè col fatto. — *certe*, « in mancanza d'altro ». — *quo... ipso*, « e con questo almeno ».

4. *epistolam*, nella quale Trebonio si era meravigliato delle lodi tributate da Cic. all'eloquenza di C. Licinio Calvo. — *copiose etc.*, « scritta com'è con tanta copia di idee e con tanta grazia di stile ». — *exituras*, cioè in pub-



multos lecturos putamus; deinde ingenium eius maioribus extuli laudibus, quam tu id vere potuisse fieri putas, primum quod ita iudicabam: — Acute movebatur; genus quoddam sequebatur, in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur, quod probaret; multae erant et reconditae litterae, vis non erat: ad eam igitur adhortabar; in excitando autem et in acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. Habes de Calvo iudicium et consilium meum: consilium, quod hortandi causa laudavi; iudicium, quod de ingenio eius valde  
 5 existimavi bene. Reliquum est, tuam profectorem amore prosequar, reditum spe expectem, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis accipiendisque leniam. Tu velim tua in me studia et officia multum tecum recordere; quae cum tibi liceat, mihi nefas sit oblivisci, non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum iudicabis. Vale.

## LXVI (IV, 5).

Ser. Athenis circ. medio mense Martio a. 709-45.

## Servius Ciceroni S.

1 Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tulliae, filiae tuae, sane quam pro eo, ac debui, graviter molesteque tuli,

blico. — *quam tu etc.*, « di quello che tu credi possibile secondo verità ». — *acute movebatur*, « aveva delle movenze ingegnose ». — *genus quoddam*, « un certo stile », cioè l'attico, che consisteva nella estrema semplicità. — *in quo etc.*, « e benchè sbagliasse in questa scelta (iudicio) ». — *quo valebat*, « in quello in cui egli aveva valore » (cioè: nell'ingegno). — *quod probaret*, « che per lui era ottimo ». — *consilium... iudicium*, si badi alla distinzione fatta qui da Cic. stesso fra le due parole. *Consilium* = « intenzione ».

5. *absentem*, traduci « la tua assenza », o meglio « nella tua assenza » (supplisci *te*). — *memoria colam*, « mi ricordi con affetto di te ». — *studia*, « attaccamento », *officia*, « servigi ».

**Lettera LXVI** (IV, 5). — *Servius*, cioè Sulpicio Rufo. Abbiamo messo nella raccolta questa lettera diretta da Rufo a Cic., per la sua importanza speciale. Rufo era, in questo tempo, ad Atene.

1. *de obitu Tulliae*, v. Notizia III, in fine. Cicerone non dice *obitus* senz'altro per « morte » di una persona. — *sane quam*, locuzione familiare; « molto ». — *pro eo ac = ut*; locuzione non estranea a Cic., ma caratteristica del linguaggio giuridico. — *debui*, « era mio dovere ». — *neque tibi defuissem*,

communemque eam calamitatem existimavi; qui, si istic adfuissem, neque tibi defuissem coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum atque acerbum est, propterea quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiaris, ii ipsi pari molestia adficiuntur neque sine lacrimis multis id conari possunt, uti magis ipsi videntur aliorum consolatione indigere quam aliis posse suum officium praestare, tamen, quae in praesentia in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te perscribere, non quo ea te fugere existimem, sed quod forsitan dolore impeditus minus ea perspicias.

Quid est, quod tanto opere te commoveat tuus dolor intestinus? Cogita, quem ad modum adhuc fortuna nobiscum egerit; ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus quam liberi cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnis. Hoc uno incommodo addito quid ad dolorem adiungi potuit? aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet atque omnia minoris existimare? At illius  
 3 vicem, credo, doles. Quotiens in eam cogitationem necesse est

« ti avrei assistito ». — *Etsi*, sopprimilo facendo un periodo a sè fino a *officium praestare*. — *per quos... propinquos etc.*, anticipazione della relativa; la principale è *ei ipsi etc.* Una parte poi del soggetto della principale (*propinqui et fam.*) è passata nella relativa, come apposizione a *quos*. Dirai: « quelli stessi parenti ed amici, per opera dei quali ». — *confieri*, non è ciceroniano. — *uti* « talchè ». — *tamen*, v. nota a *Etsi*. Traduci: « ciò non ostante », o « con tutto ciò ». — *quae*, « quelle ragioni di conforto ». — *in praesentia*, locuzione popolare. — *ea*, soggetto, *te* oggetto di *fugere*. Dirai: « che tu non le sappia ». — *minus perspicias*, « non puoi scorgere da te stesso » o « da te solo ».

2. *Quid est quod*, « perchè ». — *commoveat*, « deve commoverti ». — *intestinus* = *domesticus*. — *nobiscum egerit*, « ci abbia trattati ». Così pure si dice *bene agere cum aliquo* per « trattar bene uno » e *male actum est de aliquo* per « gli è andata male ». Cfr. infra, § 3. — *ea erepta esse*, dipende da *cogita*. — *honestatem*, « fama » o « riputazione ». Si ricordi che *honestus* = « ragguardevole », mentre « onesto » si dice *bonus, probus* e sim. — *ad-dito*, « con l'aggiungersi di... ». — *quid... potuit*, « di quanto poteva (potuit) crescere il (adiungi ad) dolore? » — *qui = quo modo*. In vece di *qui non debet* (= « come non dovrebbe »), noi diciamo piuttosto: « è mai possibile che... non... ». — *existimare*, per *aestimare*, non è dell'uso di Cicerone.

3. *At*, obiezione (*occupatio*), dove in luogo di *inquis* è usato *credo*. — *necesse est et = et necesse est* (iperbato). — *esse actum*, cfr. sopra, § 2



et tu veneris et nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare! Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magno opere invitare posset? quae res, quae spes, quod animi solacium? ut cum aliquo adolescente primario coniuncta aetatem gereret? Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuventute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret, quos cum florentis videret, laetaretur, qui rem a parente traditam per se tenere possent, honores ordinatim petituri essent in re publica in amicorum negotiis libertate sua usi? Quid horum fuit, quod non, priusquam datum est, ademptum sit? At vero malum est liberos amittere. Malum; nisi hoc peius est, haec sufferre et perpeti. Quae res mihi non mediocrem consolationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi dolorem minuere possit.

Ex Asia rediens cum ab Aegina Megaram versus navigarem,

*egerit.* — *licitum est*, arcaico per *licuit*. — *mortem cum vita commutare*, noi diciamo piuttosto: « la vita con la morte ». Spesso in latino *mutare* e *commutare* vogliono in accusativo la cosa che « si prende in cambio », e in ablativo la cosa « cambiata ». — *illam*, cioè Tullia. — *quae res? quae spes?* « qual bene presente o futuro? ». — *ut*, « di » con l'infinito. — *aetatem gereret* (nell'epoca classica solo qui). — *aetatem ageret*. — *credo*, ironico. — *liberos tuos*, anche noi usiamo questo plurale, per dire: « la (o « una ») tua figliola ». — *quos cum... videret laet.* — *quibus, cum... eos vid., laet.* Traduci: « che, al vederli grandi, formassero la sua gioia » (con leggero anacoluto). — *parente = matre.* — *ordinatim*, notano i commentatori che questa parola non è dello stile elevato. Intendi: *magistratus, quorum certus ordo est*, cioè *questura, edilità curule, pretura, consolato* (accessibili rispettivamente, fino ad Augusto, a 30 anni di età, a 37, a 40, a 43: *lex Villia annalis* del 180 a. C.). — *usi*, « usando ». — *horum*, familiare per *harum rerum*. — *At vero*, altra *occupatio*. — *nisi = attamen*. — *haec*, « tali sventure », cioè le altre nominate prima. — Fu osservato che, chi non sapesse nulla di Tullia, da questi paragrafi rilevarebbe ch'essa non fosse stata tre volte maritata, divisa dal terzo marito per divorzio, ma piuttosto ragazza e molto giovane.

4. *attulit*, indicativo nell'interrogazione indiretta secondo l'uso regolare arcaico. Se la proposizione fosse stata relativa, avrebbe detto poi *eam tibi volo commemorare*. — *volo commemorare*, familiare = *commemorabo*. — *ab Aegina*. Cfr. Cic., *ad Att.* VII, 3, 10, dove per giustificarsi di aver detto *in Piraea*, dice: *non enim hoc (cioè l'in) ut oppido praeposui, sed ut loco*, e cita esempi di Cecilio Stazio (con la riserva però che questi è un *malus auctor Latinitatis*) e di Terenzio. Del resto non mancano esempi di ablativo con *ab* con nomi di città (senza che si possa applicarvi la distin-

coepi regiones circumcirca prospicere. Post me erat Aegina, ante me Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus, quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos iacent. Coepi egomet mecum sic cogitare: « Hem! nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidum cadavera proiecta iacent? Visne tu te, Servi, cohibere et meminisse hominem te esse natum? » Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo uno tempore tot viri clarissimi interierunt, de imperio populi Romani tanta deminutio facta est, omnes provinciae conquassatae sunt; in unius muliereulae animula si iactura facta est, tanto opere commoveris? Quae si hoc tempore non diem suum obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam avoca, atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt, illam, quam diu ei opus fuerit, vixisse, una cum re publica fuisse, te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem vidisse, adolescentibus primariis nuptam

zione fatta da Cic. nel luogo citato) in Cic. stesso, tanto con verbi di « muovere » o « portare », quanto con verbi di « andare », « venire », « partire ». Vedi ora *Thesaurus*, I, 14, 42 sgg. 15, 31 sgg., dove oltre a Cic. son citati esempi di Pacuvio, Cesare, Velleio, Virgilio, Orazio, Plinio, Valerio Flacco, Stazio, Tacito (coi verbi di *muovere* e *portare*), Varrone, Cesare, Virgilio, Plinio, Tacito (coi verbi di *andare* etc.). *Aegina* è una città nell'isola dello stesso nome fra l'Attica e l'Argolide nel golfo Saronico; talchè qui l'uso di *ab* potrebbe esser giustificato; se non che *Aegina* è un'isola assai piccola, e si sa che le isole piccole seguono la regola dei nomi di città. — *Megaram*, altrimenti *Megara* (neutro plurale), città sullo stesso golfo. — *circumcirca*, familiare. — *Piraeus*, era il porto di Atene. — *prostrata... iacent*, espressione ridondante, non solo per i due participi sinonimi, ma anche per il verbo, *iacent*, il cui significato ripiglia quello dei participi. Cfr. poi *proiecta iacent*. — *oppidum = oppidorum*. — *Visne = nonne vis*, perchè si aspetta risposta affermativa. — *de imperio etc.*, per le guerre civili la potenza e la maestà dell'impero (non già il territorio) erano diminuite. — *in... animula*, « per la fragile vita ». Propriamente questo ablativo dipende da *iactura* (= « perdita » come della parte del carico di una nave che si *getta* in mare in caso di imminente naufragio); ma puoi tenerlo separato: « per la... vita di una... se essa si perde ». — *diem... obisset*, poetico arcaico per *mortua esset*. — *moriendum fuit*, « avrebbe dovuto morire ». — *homo*, « donna mortale ».

5. *persona*, « carattere ». — *adolescentibus pr.*, cfr. Notizia. — *hoc no-*



fuisse, omnibus bonis prope perfunctam esse, cum res publica occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis? Denique noli te oblivisci Ciceronem esse et eum, qui aliis consueris praecipere et dare consilium, neque imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt, sed potius, quae aliis tute praecipere soles, ea tute  
 6 tibi subiace atque apud animum proponere. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat. Hoc te expectare tempus tibi turpe est ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quodsi qui etiam inferis sensus est, qui illius in te amor fuit pietasque in omnis suos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae, da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore maerent, da patriae, ut, si qua in re opus sit, opera et consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit, noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam quam rei publicae tempora et aliorum victoriam lugere.

Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffidere. Quare, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi: — Vidimus aliquotiens secundam pulcher-

*mine*, « per questa ragione », o « a questo titolo ». — *imitare*, probabilmente infinito (di forma attiva) dipendente da *noli*, in modo che la negazione *neque* è coordinata al concetto negativo di *oblivisci*. — *subiace*, arcaico per *subice*.

6. *quem non*, in italiano, passivo (= *qui non... minuitur*). Nota poi la collocazione della negativa *non* accanto al pronome relativo, mentre in italiano si mette accanto al verbo. — *ac non*, unisce *expectare* con *occurrere*; *turpe est* è predicato comune ai due infiniti che sono i soggetti. — *inferis*, dativo con *est* (= avere). — *qui illius etc.*, « con l'amore che ella ebbe etc. ». Cfr. la locuzione comunissima *quae est tua prudentia* e sim. — *hoc*, cioè *l'expectare tempus*. — *fortunam*, « condizione ». — *devenimus*, « siam giunti »; ma con l'idea di « cadere in basso (*de-*) ». — *huic rei etc.*, « anche in questo (cioè nelle manifestazioni del dolore) siam destinati a essere servi ». Allude alla caduta della libertà. — *quisquam*, perchè la proposizione principale è negativa (*noli committere*). — *aliorum*, cioè di Cesare. Traduci: « degli avversari ». — *me pudet*, « ho ritengo ». — *si hoc unum proposuero etc.*, « terminerò la lettera accennando (*si proposuero*) soltanto una cosa ». — *ferre*. Il sopportare bene la prospera fortuna consiste nel non ab-

rime te ferre fortunam, magnamque ex ea re te laudem apisci; fac aliquando intellegamus adversam quoque te aequae ferre posse, neque id maius, quam debeat, tibi onus videri, ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur deesse.

Quod ad me attinet, cum te tranquilliores animo esse cognoro, de iis rebus, quae hic geruntur, quem ad modumque se provincia habeat, certiores faciam. Vale.

### LXVII (IV, 6).

Ser. in Attici Ficuleano medio m. Apr. a. 709-45.

#### M. Cicero S. D. Ser. Sulpicio.

Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu adfuissem; quantum enim praesens me adjuvare potueris et consolando et prope aequae dolendo, facile ex eo intellego, quod litteris lectis aliquantum adquevi. Nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declaravit, et quanti ipse me faceret et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore. Cuius officia iucundiora sci-

bandonarsi alla pazzia gioia e nel non inorgogliarsi. — *apisci* (arcaico) = *adipisci*. — *aequae*, « con rassegnazione » (= *aequo animo*). — *haec una*, cioè la virtù della « forza ». — *tibi*, dipende da *deesse* non da *videatur*.

**Lettera LXVII** (IV, 6). Risposta di Cicerone alla precedente. Cicerone ricevè questa alla fine di marzo, e rispose, dalla villa di Attico presso Ficulea, in aprile. La notizia della vittoria di Munda (17 marzo) giunse a Roma il 20 aprile.

1. *Ego vero*, « sì ». Ripiglia, rispondendo, il concetto di Servio: *si istuc adfuissem* (LXVI, 1). — *vellem*, potenziale passato: « avrei voluto ». — *potueris*, in italiano si tiene conto anche della irrealità della cosa, e si dice: « avresti potuto » (intendi: se tu fossi stato presente). — *ea scripsisti*: *ea* da tradurre avverbialmente « in tal modo ». Quindi: *quae... possent = ut posses*. Puoi anche dire: « scrivendo mi esprimevi tali sentimenti ». — *Servius*, figlio. — *officiis*, « prove d'affetto ». — *quanti... faceret*, « la tua stima », *ipse* = « personale ». — *talem animum*, « tali sentimenti ». Traduci l'interrogativa dipendente *quam gratum tibi putaret fore*: « il piacere che credeva di farti ». — *scilicet*, « naturalmente » (senza ironia). Per il pensiero



licet saepe mihi fuerunt, numquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur; turpe enim esse existimo me non ita ferre casum meum, ut tu tali sapientia praeditus ferendum putas. Sed opprimor interdum et vix resisto dolori, quod ea me solacia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum et magnis rebus gestis, amisit, et L. Paullus, qui duo septem diebus, et vester Galus et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex re publica consequerentur; mihi autem amissis ornamentis iis, quae ipse commemoras, quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solacium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non rei publicae procuratore impediabantur cogitationes meae, nihil in foro agere libebat, aspicere curiam non poteram, existimabam, id quod erat, omnis me et industriae meae fructus et fortunae perdidisse. Sed, cum cogitarem haec mihi tecum et cum quibusdam esse communia, et cum frangerem iam ipse me cogereque illa ferre toleranter, habebam, quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et suavitate omnis curas doloresque deponerem. Nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt; non enim, ut tum me a re publica maestum domus excipiebat,

cf. ad Fam. V, 15, 1: *gratus et optatus* (cioè l'amor tuo), *dicerem iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem*. Il contenuto fondamentale di *iucundus* è il concetto di « gioia ». — *oratio*, « parole ». — *societas*, « la parte che prendi (al) ». Traducendo così, sparisce naturalmente l'avverbio *paene*. — *Q. Maximus*, cioè Fabio Massimo il Temporeggiatore. — *L. Paullus*, il vincitore di Pidna. — *Galus*, cioè *C. Sulpicius Galus*, detto perciò, qui, *vester*. Gli esempi di Paolo, Galo e Catone son citati anche nel *de amicitia*, § 9, quello di Fabio *de senectute* 12, quelli di Fabio, Paolo, Catone, *Tuscul. (de aegritudine lenienda)* III, 70, dove l'autore dice: *quos in Consolatione collegimus*, alludendo all'opera perduta.

2. *ornamentis*, che costituivano appunto la *dignitas*. — *solacium*, la figlia. — *id quod erat*, « ed era vero » oppure « e così era in realtà ». — *quibusdam*, « alcuni altri ». — *cum frangerem*, « facendo violenza ». — *cuius in sermone etc.*, « una persona nella cui amabile compagnia ». — *illa*, cioè

quae levaret, sic nunc domo maerens ad rem publicam confugere possum, ut in eius bonis adquiescam. Itaque et domo absum et foro, quod nec eum dolorem, quem de re publica capio, domus iam consolari potest nec domesticum res publica.

Quo magis te expecto teque videre quam primum cupio; 3 maius mihi solacium adferre ratio nulla potest quam coniunctio consuetudinis sermonumque nostrorum; quamquam sperabam tuum adventum (sic enim audiebam) adpropinquare. Ego autem cum multis de causis te exopto quam primum videre, tum etiam ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius voluntatem accommodandum et prudentis et liberalis et, ut perspexisse videor, nec a me alieni et tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnae tamen est deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. Vale.

### LXVIII (IX, 12).

Scr. in Puteolano med. mense Decembri a. 709-45.

#### Cicero Dolabellae.

Gratulor Baiis nostris, si quidem, ut scribis, salubres re- 1 pente factae sunt; nisi forte te amant et tibi assentantur et tandiu, dum tu ades, sunt oblatae sui; quod quidem si ita

*vulnera*. — *quae levaret*, « capace di alleviarmi il dolore ». — *in eius bonis* « nella sua felicità » (intendi: della repubblica).

3. *ratio*, « ragionamento ». — *coniunctio... nostrorum*, « l'abitudine di conversare amichevolmente tra noi ». — *Quamquam*, « se non che ». Intendi: non c'è più bisogno di desiderarlo, perchè spero sia vicino (il tuo arrivo). — *alieni*, « avverso ». — *magnae est etc.*, « richiede profonda riflessione ».

Lettera LXVIII (IX, 12). — *Dolabellae*, v. Notizia.

1. *Baiis, Baiiae* era una città della Campania all'Ovest del capo Miseno; e una famosa stazione balneare; prendeva il nome della baia tra Miseno e Pozzuoli. — *salubres etc.*, pare che alluda alle cattive condizioni igieniche in cui *Baiiae* si era trovata prima di questo tempo; ma non sappiamo di che cosa precisamente si trattò.



est, minime miror caelum etiam et terras vim suam, si tibi  
 2 ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotaro, quam  
 requirebas, habebam mecum, quod non putaram: itaque eam  
 tibi misi; quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem  
 nec scriptione magno opere dignam; sed ego hospiti veteri  
 et amico munusculum volui mittere levidense crasso filo,  
 cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti  
 fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet  
 iniuriam.

2. Deiotaro, v. Notizia. — levidense, parola usata solo in questo luogo.

## IV.

## Gli ultimi due anni di vita.

Anni 710-44 — 711-43.

Dopo Tapso, Cesare era stato proclamato semidio, dopo Munda gli fu eretta nel tempio di Quirino una statua, con l'iscrizione: *Deo invicto*, e furono creati i sacerdoti Giulii. Ebbe poi il dono di una casa sul Palatino e la facoltà di creare tutti i magistrati. Cesare non tutto accettò; ma trionfò sui Pompeiani (ciò che non aveva voluto fare prima). Ebbe il titolo di *pater patriae*, e il mese di *Quinctilis* ebbe il nome suo di *Iulius* (dove poi Luglio). Egli voleva vendicare la strage di Crasso commessa dai Parti; ma poichè i libri sibillini dicevano che solo un re avrebbe trionfato di quel popolo, Antonio (d'intesa con lui), nella festa dei Lupercali del 15 febbraio 710-44, gli offrì pubblicamente la corona regia. Cesare, viste le disapprovazioni dei presenti, rifiutò; ma nel calendario fece scrivere che la corona gli era stata offerta dal popolo per mezzo di Antonio. Intanto i malumori dei Pompeiani, rientrati per clemenza di Cesare nella capitale, fecero nascere una vera e propria cospirazione. Due dei più arrabbiati, M. Giunio Bruto (discendente del fondatore della repubblica!) e C. Cassio Longino, erano stati eletti pretori. Nelle famose Idi di marzo (15 marzo) del 710-44, mentre in Senato si doveva discutere sul titolo di re, da darsi a Cesare *nelle province* (proposta di Aurelio Cotta), il dittatore fu ucciso, ai piedi della statua di Pompeo. Cicerone non prese parte alla congiura, ma, compiuto che fu il fatto, ne fu addirittura entusiasta. Peraltro l'effetto del così detto tirannicidio non fu nè sul popolo nè sul Senato quale i congiurati si aspettavano. Il Senato si disperse; il popolo atterrito fuggiva dinanzi ai congiurati che, coi pugnali bagnati di sangue, correvano per le vie della città, eccitandolo alla rivolta. Marco Antonio, collega di Cesare nell'ultimo consolato, seppe approfittare delle circostanze. Propose al Senato l'amnistia, e la convalidazione di tutti gli atti di Cesare. Tutto fu approvato, e furono fatti solenni funerali al morto dittatore. Antonio ne tessè l'elogio funebre in modo da suscitare tanto odio contro i cospiratori, che furono costretti a fuggire. Così Antonio era padrone di Roma. Se non che, mentre egli faceva passare una quantità di leggi Giulie (non tutte certamente autentiche), si guadagnava i veterani di Cesare, e disponeva a suo talento di cariche e di province, venne a Roma



C. Ottavio, pronipote di Cesare per parte di donna, a reclamare la sua parte di eredità. Egli prese il nome di Cesare Ottaviano, e, non potendo avere l'eredità di Cesare, usurpata da Antonio, vendè i suoi beni paterni per distribuire al popolo i legati che il prozio gli aveva imposto nel testamento. Così Antonio perdè la sua popolarità. Tentò egli, è vero, di rialzarsi, proponendo al Senato di decretare onori alla memoria di Cesare. Ma in quel momento Cicerone era rientrato, dopo breve ritiro, nella vita pubblica. Egli smascherò Antonio; il quale rispondendo alle sue *Filippiche* arrivò al punto di accusarlo come ispiratore della congiura contro Cesare. Ma Cicerone aiutava Ottaviano. Si venne ad aperta rottura, a una vera guerra, che fu detta guerra di Modena, combattuta fra Antonio da una parte e Decimo Bruto e Ottaviano dall'altra. Intanto Cicerone continuava in Senato la sua campagna contro Antonio, e voleva farlo dichiarare nemico della patria. A ciò non si giunse. Il 15 aprile del 711-43, il console Vibio Pansa si congiunse con le milizie del console Irzio e con Ottaviano. Nella prima battaglia, a *Forum Gallorum* (oggi Castelfranco), la vittoria fu di Irzio, che venne in aiuto di Pansa, quando questi, ferito, già piegava. Nella seconda, sotto le mura di Modena, Antonio fu sconfitto. Il Senato, libero da Antonio, si chiarì ora apertamente contro Ottaviano. Il quale però, consigliato da Pansa morente, saputo che Antonio si era congiunto, a *Forum Iulii* (Fréjus), con M. Emilio Lepido, governatore della Gallia Narbonese (Provenza), accettò dal Senato, che ora s'impauriva novamente, l'incarico di muovere contro di lui, ma con l'intenzione di venire ad un accordo. L'accordo fu fatto presso Bologna. Ne risultò il *secondo triumvirato*, che fu questa volta un vero « governo dei tre »; perchè essi, entrati alla testa delle loro legioni in Roma, furono per plebiscito proclamati *tresviri rei publicae constituendae consulari imperio*, per cinque anni (27 novembre 711-43 — 1 gennaio 717-37). Cominciarono le proscrizioni. Tra i proscritti vi fu Cicerone, che Ottaviano, ingrato, abbandonò alla vendetta di Antonio. Egli partì da Roma, per imbarcarsi a Gaeta per la Macedonia (ov'era M. Bruto). Ma trovato il mare cattivo tornò indietro. Mentre, persuaso dai suoi, si avviava di nuovo in lettiga verso *Formiae*, fu raggiunto dai sicarii di Antonio e dal centurione Popilio Lenate, ed ebbe tronca la testa e le mani. Testa e mani furon portate ad Antonio, che le fece appendere nel Foro ai Rostri, donde tante volte l'oratore aveva parlato al *popolo romano* (7 dicembre 711-43).

## LXIX (VI, 15).

Ser. Romae Id. Mart. a. 710-44.

*Cicero Basilo Sal.*

Tibi gratulor, mihi gaudeo; te amo, tua tueor; a te amari et, quid agas, quidque agatur, certior fieri volo.

## LXX (IX, 14).

Ser. in Pompeiano V Non. Maias a. 710-44.

*Cicero Dolabellae Consuli suo S.*

Etsi contentus eram, mi Dolabella, tua gloria satisque ex ea magnam laetitiam voluptatemque capiebam, tamen non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Neminem conveni (convenio autem quotidie plurimos; sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in haec loca veniant,

**Lettera LXIX** (VI, 15). — *Basilo*, probabilmente quello che prese parte alla congiura contro Cesare. Sarebbe dunque, questo, un biglietto di congratulazione, per il felice esito della congiura.

**Lettera LXX** (IX, 14). — *Dolabellae*, cfr. Lettera LXVIII. — Dopo la uccisione di Cesare, nell'aprile del 44, era stato eretto un altare e una colonna nel Foro, là dove il cadavere di Cesare era stato cremato, con l'iscrizione: « A Cesare padre della patria ». Autore della proposta era stato un certo Erofilo, chiamato anche *C. Amatius*. I disordini della plebaglia erano continui, e Antonio volle reprimerli. Per suo ordine, Erofilo fu giustiziato senza processo. Dolabella, fatto console, non ostante l'opposizione di Antonio, mentre questi era nella Campania presso i veterani di Cesare, fece abbattere la colonna e l'altare, e punì gli autori dei disordini con terribile energia. Cicerone, in questa lettera, si congratula con lui di ciò.

**I. gloria**, « nome ». — **satis**, va unito con *magnam*. Noi diciamo semplicemente: « abbastanza » o « bastante ». — **cumulari me**, « che mi sento colmare ». — **quod**, « perchè ». — **hominum**, noi diciamo: « pubblica (opinione) ». — **Neminem conveni... quin omnes = omnes quos conveni**. — **autem**, introduce la parentesi. — **conveniunt**, « vengono a farmi visita ». —